



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Bona Volvntas Optimæ Consentiens. Seu De Sequendo In  
Omnibus Ductu Providentiæ Diviniæ**

**Foullon, Jean E.**

**Leodii, 1657**

XI. Tertium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54992](#)

nec per somnia signáve accepit, ad pytho-  
nissam consulendam profectus est. Ita  
Judæi, ab Assyriis sibi metuentes, ad um-  
bram Ægypti, vetante nequidquam Deo,  
refugerunt, &, ut biberent aquam flumi-  
nis, dereliquerunt veniam aquarum viven-  
tium Dominum.

XI.  
*Tertium.* Frequentiores multò sunt impa-  
tientes tertii gradus: qui nec Deū  
apertè impetunt, nec se metipso tam  
crassè lædunt, sed de rebus, temporibús-  
ve, cum indignatione conqueruntur.  
Immeritò tamen, cùm scire debeant, res  
omnes ac tempora, Providentiæ divinæ  
familiari: & noctes ac dies, frigus & æsta-  
tem, creata quælibet magna ac pusilla,  
benedicere Domino, quia faciunt verbum  
ejus. Obimurmurabat aliquando Maria  
Diazia, in Vita P. Baltassaris Alvarez, de  
frigoris hiberni inclemens: cùm illicò  
vocem intùs monentis audiit: ego frigus  
istud feci, tu de illo, quasi nimium esset,  
submurmuras? Ad eam classem perti-  
nent, qui opere, itinere, consilio, ex sen-  
tentia non succedente, bilem in animalia

aut instrumenta inanima, exonerant. Hi  
cum Balaamo, asinam percutiente, me-  
reantur habere correctorem insipientia  
suæ subjugale mutum animal.

xii.    Quartus gradus est pueriliter im-  
*Quartum  
genus.* patientium, querulorum ad om-  
nia, perpetuò gementium, cui-  
libet mala sua aperientium, ad inanem  
consolationem aut misericordiam captan-  
dam. Prorsùs, quemadmodùm dicere  
solitus B. Franciscus Salesius, sicut pueruli,  
qui ubi sumimum fortè digitum adussère,  
matri ostendunt, tum patri, dein sorori-  
bus, dein obviis quibuscumque notis,  
neque antè lamentari cessant, donec om-  
nes insufflārint, aut inspuerint. Rectè de  
hoc pusilli animi vitio Seneca, libro de  
Consolatione ad Polybium; *Non sentire  
mala sua non est hominis; non ferre non est viri.*  
Ingemiscet aliquando vir fortis, infortu-  
niis percussus, amicóque uni atque alteri,  
ad leniendum doloris sensum, fese aperiet.  
Neque enim fortiorem ego Christo  
Christianum esse voluerim. Ingemuit,  
tristis esse voluit, discipulis non omni-  
bus,